

quã Universitatum, sed occasione quorundã subtilisan-
 tium Pontificiorum, qui nodos in scirpis quærendo gram-
 maticales quæstionculas, & inde ortas ingeniorum de lanã
 caprinã contentiones longè lateque diffusas, nobis pro sci-
 entia summoque bono magnò pretio vendiderunt, negle-
 ctæ in Philosophiã Matheseos pœnas ipsi sat graves hucusque
 dedimus; ita ne malum hoc consummatas apud nos acqui-
 rat vires, ipsamque Mathesin, disciplinam ut olim ita etiam
 eum primariam, totiùs Philosophiæ, ut Xenocrates apud
 Plutarchum ait, λαβὴν ἡ.ε. anam & manubrium, quò gravio-
 ra quavis scibilia, velut manu prehensa, feliciter & expe-
 ditè tractari possint, ex animis discipulorum prorsus eliminare
 tentet, cavendum est vel maximè.

§. 18. Quamvis autem ἡ ῥαδιον, τὰ ἐκ παλαιῶν τοῖς ἠθεσι κα-
 τειλημένα λόγῳ μαζαῖσαι Arist. X. Eth. ad Nicom. c. 10. (aliis,
 ix) h. e. ut, quæ ex diutino usu moribus sunt præoccupata,
 verbis amoveamus, facile non sit: puto tamen multos ad
 meliorem redituros esse mentem, si radix & origo mali pri-
 us excutatur, & è converso, quænam illa dextrè philoso-
 phandi methodus & ad scientiam perveniendi via unica sit
 & tutissima, juxta doctrinam Aristotelis aliquantò clariùs
 exponatur, & ex Mathesi, in qua methodus hæc tanto tempo-
 ris intervallò cum inæstimabili scientiæ incremento viguit,
 floruit, & ex qua per Aristotelem in reliquam transplantata
 est Philosophiam, modo sentibus & vepretis densissimis à
 quibusdam Interpretibus non fuisset strata, juxta ductum
 Euclidis, fidelissimi pariter & excellentissimi scientiarum
 digestoris, velut ad oculum ostendatur.

§. 19. Quemadmodum igitur Analysis Aristotelis quasi
 regulativam una cum Euclidis expressivã, quam praxin a-
 nalyticam vocamus, sat dignis ornari laudibus unquam posse
 non censemus; ita consultum ducimus prægressum utrumque
 sequi, & mathematicarum disciplinarum penetrabilia peniti-
 us aliquantum introspicendo, factã earum ἀναλύσει,
 quænam sit ἀνάγκη verarum demonstrationum, ab Aristote-
 le præ-

ptu vrbatoris
 suorum per-
 niciem de-
 let &

Fere de se
 rabundus

Implorat
 Euclidem

Qui suam
 exemplis te-
 statur men-
 tem.